

Franckesche Stiftungen zu Halle

Oeconomia Temporum Novi Testamenti, Exhibens Gubernationem Dei In Ecclesia

Majus, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, MDCCXXI.

VD18 11274050

Caput VI. De Actis Ministerii Iesu Christi A Paschate Tertio Usque Ad Quartum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.


For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199398](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199398)

18 CAP. VI. DOCET IESVS, QUAE HOMINEM POLLVANT.

Joh. VI.
21. ff.

beat & Filius DEI vivi sit. Quam ingenuam confessionem IESUS approbavit, ac merito apud se eos perseverare dixit, licet unum excipiat proditorem. Joh. VI. 21. - 71.



CAPUT VI.

DE

ACTIS MINISTERII IESV CHRISTI
A PASCHATE TERTIO VSQVE AD QVARTVM.

I.

Iesus docet, quae vere polluant hominem.

POSTHAC IESUS Hierosolymam progressus, ad festum Paschatos tertium ministerii sui celebrandum: non tamen diu in Iudaea haesit, quod vitae ejus Iudaei insidiarentur, quare in Galilaeam iterum se recepit, visitationemque Ecclesiasticam ibidem instituit, Joh. VII. 1. Pharisei autem, omnia ejus dicta factaque aucupantes, insecuti, accusarunt ipsius discipulos, cum nil aliud observare vel reprehendere possent, quod illatis manibus cibum caperent, & veterum ea de re traditiones susque deque haberent. Quos IESUS vicissim graviter redarguit, quod DEI mandata propter majorum institutum negligerent ac irrita redderent, parentibus debitum honorem, vano prae-textu, denegando: & hypocrisicos convicit illos, ex Iesaja, frustra DEUM coli mandatis hominum docuit, Matth. XV. 1. - 9. Marc. VII 1. - 14. Phariseis hunc in modum refutatis & discedentibus, IESUS turbam ad se vocavit, eamque breviter erudit de iis, quae vere coinquant homines, a quibus purgare se debeant, quod nimirum illa sint, quae ex impuro corde & ore procedunt, non quae in os intrant. Haec sedulo meditanda turbae inculcavit, & domum ingressus est, ubi discipuli ejus nuntiabant, Phariseos Magistri sermone graviter offensos esse. Quibus

bus ille respondit, non mirum videri debere, cum nihil habe-
ant admittantve divina lucis; eos igitur tanquam cæcos cæco-
rumque duces missos faciendos aliisque consulendum esse, qui
instrui cupiant. Tum Petro, omnium discipulorum nomine
explicationem dictorum petenti, stupiditatem exprobravit, &
fontem pollutionis omnis venenatum, cor & inde prodeuntia
polluentiaque mala, ostendit. Matth. XV. 9. -- 21. Marc. VII.
14. -- 24.

Matth. XV.

9 1.

II.

Postea JESUS ad confinia Tyri & Sidonis, adeoque extre-
mos terræ Palaestina terminos digressus, ut omnia perlustraret
visitaretque loca, & Gentiles quoque è vicinia alliceret. Tam-
etsi enim domum quandam ingressus latere voluit, non tamen
potuit; siquidem mulier gentilis, *Syrophœnissa* genere, fama de
Salvatore excita, & fidem egregiam firmamque concipiens, eum
adiit rogavitve, ut dæmonium ex filia sua expelleret. Verum
JESUS ad vocem matris flebilem fide & charitate plenam, ne
unicum quidem verbum respondit, & discipulis pro ea interce-
dentibus regessit, se non esse missum, nisi ad oves domus Israël
perditas. His tamen verbis nihil deterrita, sed etiam audacior
facta, orando institit, & repulsam a Christo semel iterumque
datam fidei invictæ hypostasi repulit, & tandem laudem opem-
que retulit, ac domum ire jussa invenit dæmonium è filia egres-
sum, eamque in lecto jacentem sedate & suaviter respirantem.
Matth. XV. 21. -- 29. Marc. VII. 24. -- 31.

*Puellam
a Cacoda-
monelibe-
rat.*

Hinc profectus per medios fines *Decapoleos* in *Trachoniti-*
dem, trans Jordanem, ad Galilææ locum, eique adductus est
furdus & mutus, ut illum restitueret, quem apprehensum extra
turbam eduxit, mirabilique ratione sanavit, & spectatoribus
præcepit, ut id nemini dicerent. Sed mandato minime ob-
temperantes, factum ubique divulgaverunt & collaudaverunt. Marc.
VII. 31. -- 37. Mox magna hominum multitudo, cum in mon-
tem JESUS conscendisset ibique consedisset, confluit, secum
ducens

*Egrotos
multos sa-
nat.*

Matth.
XV. 21.
f.

ducens mutos, cœcos, claudos, debiles, & alios complures ægrotos, quos ille sanavit omnes, admirante DEUMque glorificante populo, cujus, per triduum secum commorantis & nil habentis, quod ederet, misertus, discipulos suos interrogavit, quot panes haberent, ac ubi intellexit, septem suppetere, paucosque pisciculos, iis quatuor millia virorum, exceptis uxoribus & parvulis, cibavit, non tantum ad satietatem usque, sed etiam septem sportas fragmentis refertas reliquit. Ita turbas dimisit, ac ipse cum discipulis in fines *Dalmanutha* concessit. Matth. XV. 29.--39. Marc. VIII. 1.--11.

III.

Phariseos
signum petentes ad
Jonam remittit.

fermentum Phariseorum
et Sadduceorum
monet.

Cum fama doctrinæ & miraculorum CHRISTI omnes regiones pervasisset, Pharisei, timentes ne ab omnibus pro Messia agnosceretur, è celebrioribus Synagogis & locis egressi, & Sadduceos Herodianosque, quibus alioquin infensi erant, assumptes, eum tentabant, & quæstione de tempore & signis Messia nota, petebant ab illo signum majus, quam hæcenus edidisset. At JESUS, perspecta hominum malitia, alte ingemuit spiritu, eosque redarguit, quod, cum naturalia signa temporum Messiaè dijudicare nequeant, quod tamen facile possent, si parem diligentiam in scrutandis sacris literis adhiberent. Quare aliud signum dandum negat, præter datum jamdudum in *Jona* (vid. Matth. XII. 39.) Matth. XVI. 1.--5. Marc. VIII. 11.--13. Hinc missis illis profectus est in Galilæam alteram ripam, & discipulos oblitos panes sumere in navi monuit, ut Phariseorum, Sadduceorum & Herodianorum fermentum caverent. Quod cum illi male intelligerent de panis veri defectu, JESUS tacite eorum cogitationes, pro sua omniscientia perspicuens, reprehendit, iisdemque in memoriam revocavit geminam cibationem miraculosam, & aliud se velle innuit. Tunc animadvertunt, quod corruptam Phariseorum & Sadduceorum doctrinam fugiendam Magister significaret. Matth. XVI. 5.--13. Marc.

CONFESSIÖNEM PETRI PROBAT, CLAVES REG. COEL. DAT. 61

Marc. VIII. 14. -- 22. Bethsaidam ubi venit, adductus ipsi est *Marc.*
 cæcus, quem rogatu amicorum mirabiliter sanavit semel ite- *VIII. 22.*
 rumque manus oculis imponendo, domum dimisit, vetans ne *ff.*
 id cuiquam diceret. Marc. VIII. 22. -- 27. *cæcum sa-*
nat.

IV.

Posthæc JESUS, confluentem turbam dimisit, & Apo- *Confessio-*
 stolos etiam paululum submovit, ut solus esset, & preces ad Pa- *nem Petri*
 trem cœlestem funderet. (Luc. IX. 18.) Quibus fufis ad disci-
 pulos, reversus, & cum illis ad fines *Cæsarea Philippi* progressus,
 inter eundem eos docuit (Marc. VIII. 27.) de sua persona & of-
 ficio, methodo usus συζητητικῆς, quaritque primum ex discipulis,
 quid alii de se statuerent. Quorum omnium nomine *Petrus* re-
 spondens, confessionem edidit egregiam, brevibus quidem
 verbis, sed officium pariter ac personam Salvatoris JESU ex-
 primentibus: *Tu es*, inquit, *ille* promissus *Messias*, *ille filius*
DEI vivi simul, non hominis tantum, ut Oracula cœlestia
 monstrant. Ob quam confessionem spiritu & fide plenam, cœ- *Christus*
 litus a Patre luminum profectam, Christus Petrum, ac omnes *probat &*
 discipulos idem credentes ac confitentes, beatum prædicavit, *promissis*
 (Joh. XX. 29. Rom. X. 10.) asseruitque, quod per hancce fide- *dotat.*
 lem confessionem de Petra salutis, vere Petrus & beatus, super-
 que ea Ecclesia ædificanda & ita firmanda sit, ut portæ & vires
 omnes inferorum, diabolorum ejusque instrumentorum, ei
 non prævaleant, sed Ecclesia potius & omnes fideles, sua natu-
 ra inferni captivi, insistentes petrae vera fide portas inferorum
 perrumpant & in regnum cœlorum penetrent. Ad hæc super
 ista petra ei reliquisque Apostolis & eorum successoribus claves
 regni cœlorum sive potestatem insignem contulit, solvendi ex
 inferni potestate omnes pœnitentes & credentes, ac ligandi im-
 pœnitentes & incredulos. (conf. Matth. XVIII. 18. Joh. XX.
 23.) His ita gestis interdixit Salvator discipulis suis, ne cui- *sui mani-*
 quam dicerent, quod ipse esset Messias, quem tam confidenter *festatio-*
con- nemo

62 CAP. VI. DE SPI IMITATIONE REGVLAM JESVS DAT.

*Matth.
XVI. 13. ff.
vetat,
passionem
nunciat.*

confessi sunt, priusquam ea omnia exantlassent, quæ de passione & resurrectione illis tunc indicare cœperat; non enim credituros plurimos domesticorum testimoniis, & vulgus abusurum ejusmodi manifestatione ad moliendum res novas; præsertim cum ipsi quoque Apostoli nondum satis firmati in hisce mysteriis essent. Nam & Petrus auditis illis de perpeffionibus & morte a Magistro prolatis, cum increpavit, & nequaquam talia illi evenire voluit. Quem proinde JESUS graviter redarguit & Satanam vocavit, sibi que offendiculo esse dixit, quod divina non æstimaret ex decreto & voluntate divina, sed ex carnis sensu & hominum judicio, Matth. XVI. 13. -- 24. Marc. VIII. 27. -- 34.

V.

*Regulam
de sui
imitatio-
ne præ-
scribit.*

His hunc in modum cum discipulis actis, JESUS turbam convocavit, eidemque, ut & discipulis communem regulam præscripsit, omnibus & singulis, qui se sequi sui que discipuli geruini esse velint, stricte observandam. Postulavit autem hæc duo a sui imitatoribus: 1. ut seipsos abnegent ac renuncient se-rio & penitus omnibus animi corporisque viribus vitiosis, (Tit. II. 12.) 2. crucem calamitatesque confessionis veræ & pietatis causa sustinendas patienter ferant, & nec mortem ipsam absse avelli finant; cum, qui vitæ commoditatumque suarum servandarum causa renunciare sedulo nolit, omnia una cum anima perditurus, contra vero propter se vitam felicitatemque temporalem neglecturus, longe majora, spiritualia & æterna bona, cumulatissime recepturus tum, cum Filius hominis in sui patris gloria venturus, ac pro suis quemque factis remuneraturus sit. Hujus glorificationis suæ spectatores aliquos ex præsentibus fore asserit, in quam per resurrectionem introiit & postea per ascensionem in cœlos. Matth. XVI.

VI.

*transfigu-
ratur in
monte.*

Post sex dies a confessione edita ab Apostolis, vel octavo die, ceu Lucas scribit, connumerans ipsum confessionis & trans-

transfigurationis diem, JESUS veritatem dictorum de passione, *Matth. XII. 1. 2.*
 morte, subsequente resurrectione gloriosa & glorificatione ineffabili, declaraturus, conscendit in montem Galilææ, assumptis tribus discipulis, Petro, Jacobo & Johanne, & inter orandum transformatus est coram iis, ut 1. species vultus alia facta fuerit & Solis instar resplenderet, 2. corporis totius claritas vestes penetraverit, easque lucidas albasque reddiderit, ac aperte docuerit, in illius corpore totam Deitatis magnitudinem, (2. Pet. I. 16. ff.) & plenitudinem habitare: 3. Moses & Elias comparuerint, ac de exitu, quem habiturus impleturusque esset JESUS Hierosolymis, colloqui sint. 4. Petrus jucundo splendore affectus ibi perpetuo habitare optaverit. 5. lucida nubes discipulos obumbraverit, & vox Patris cœlitus delata dixerit: *hic est filius meus dilectus* &c. ut timore perculsi spectatores & auditores humi prociderint, quos JESUS erexit; erecti autem suspicientesque neminem nisi JESUM solum videbant, quibus is præcepit, ne cui visum illud dicerent, donec filius hominis a mortuis resurrexisset. Descendentes igitur de monte discipuli, memores traditionis Scribarum, Eliam oportere prius venire, quam Messias veniat, quarunt, quis illius effati & vaticinii præsertim Malachiani sensus sit? Quibus ille respondet, Eliam omnino venire debuisse prius, & restitutionem veram doctrinæ incipere per pœnitentiam, prout Malachias prædixerit, & jam venisse ac præstanda præstitisse, licet cæci Judæi eum non agnoverint, sed contemserint. Sic & filium hominis ab eis passurum esse. Ex quibus verbis facile intellexerunt discipuli, Magistrum indigitare Johannem Baptistam, Matth. XVII. 1. 14. Marc. IX. 2. 14. Luc. IX. 28. 37.

VII.

Redux è monte Christus factus ad discipulos, invenit *Demonem ej-*
 eos in frequenti turba cum Scribis disputantes, & cum de argu-
 mento colloqui interrogasset, ex turba accurrente & salutante *erit è lu-*
 aliquis *natio*

64 CAP. VI. LUNATICVM CVRAT, DIDRACHMA SOLVIT.

Matth.
XVII. 14.
¶. aliquis questus est, dæmonem ex filio ab illius discipulis expelli non potuisse. Tum is adferri lunaticum iussit, misere a diabolo vexatum, eumque, posteaquam acriter incredulitatem redarguit & fidem postulavit, momento sanavit, comminatus spiritui impuro, ut sine mora exiret, ac quærentibus discipulis secreto, cur ipsi ejicere dæmonem nequiverint, respondit, incredulitatem obstitisse, fidei quippe omnia possibile esse & orationi fideli, *Matth. XVII. 14. -- 21. Marc. IX. 16. -- 25. Luc. IX. 38. -- 44.*

VIII.

*Passionem
rursus
nunciat,
& di-
drachma
solvit.*

Inde digressus JESUS & Galilæam cum discipulis peragrans, doctrinam stupendis miraculis confirmabat, quæ cum discipuli admirarentur, eos talia cordi reponere voluit, ne post hac offendantur passione sua, de qua denuo sermocinabatur; sed præoccupati contristatique vehementer, ignorabant dicta, & interrogare quoque Magistrum de iis timebant. *Matth. XVII. 21. -- 23. Marc. IX. 29. -- 32. Luc. IX. 44. -- 46.* Finito itinere per Galilæam, (*paucis ante Pascha hebdomadibus*) Salvator domum rediit: tunc exactores didrachmorum ad Petrum veniunt, quæruntque, an non JESUS solvere soleat siclum Templo & censum Imperatori Roman. dandum? Petrus non ignarus, Dominum promte semper numerasse *διδραχμας*, id affirmavit, eaque de re Magistrum compellare volebat, sed JESUS ejus sermonem occupans, de jure se non teneri pronunciat, ad devitandum tamen scandalum jubet hamum in mare projicere, affirmans in primi piscis extracti ore staterem, id est, quatuor didrachma inveniri, quem pro utroque solvere debeat. Dicto mox respondit eventus. *Matth. XVII. 24. -- 27.*

IX.

*Ambitio-
nem Apost.
carpit &*

Domi cum esset JESUS, sciscitatus est ab Apostolis, quæ de re in via disceptassent; siquidem disputaverant inter se, quis maximus ipsorum futurus esset in regno cælorum a Magistro instaur-

instaurando, quod conceperant mundanum. Talia enim & *Matt. XV II. humilitatem commendat, exemplo parvulorum,*
 animis agitasse, & verbis ambitiosius disceptasse eos, probe no-
 verat, qui intimas cordis cogitationes perspectas habebat. At
 illi pudore suffusi consciique contentionis, Domino displicen-
 tis, primo quidem tacebant, deinde vero, JESU assidente eos-
 que ad se vocatos instruente, quod eum, qui primas obtinere in
 regno cœlesti cuperet, ita se gerere oporteat erga alios, quasi
 omnium infimus & minister esset, nulla sui facta mentione ge-
 neralius honestiusque quarunt, quis in regno Messie maxi-
 mam adepturus esset dignitatem? Tum Christus, ambitionem
 falsamque de suo regno persuasionem repressurus, facto quopi-
 am, quod eorum animos percelleret, rem docendam clarius
 proposuit, & puerulum obvium advocavit, in medio juxta se
 statuit, mox illum complexus & in ulnas recipiens sic allocutus
 est discipulos: certo certius affirmit, nisi conversi fueritis ab am-
 bitione & omni malo, ad DEUM, & efficiamini sunt parvuli,
 qualis iste est, quem vobis sisto, simplices, credentes, obse-
 quiosi & humiles, in DEI regnum nequaquam introibitis. Fir-
 mum igitur immotumque stat effatum: quicumque seipsum
 humiliaverit, demisseque de se senserit, sicut iste puerulus, ille
 maximus in regno cœlorum erit. Quisquis etiam susceperit
 unum ejusmodi parvulorum, eorundemque similium, in no-
 mine meo, ac beneficiis affecerit, is me ipsum recipit, & id mi-
 hi factum reputo: imo non tam me quam Patrem, qui me mi-
 sit, suscipit, & maximus reputabitur. Tunc interpellavit Jo-
 hannes sermonem hunc CHRISTI, questus de quodam ejiciente
 dæmonia, & tamen ipsum non sequente, quem proinde vetue-
 rit. At JESUS verandum fuisse negavit, cum talis pro adver-
 sario haberi haud debeat, & mercedem pro levi officio acceptu-
 rus sit. Hinc redit ad parvulos Salvator, & monet, ne quis eo-
 rum, utpote credentium, quencquam, quacunque ratione of-
 fendat, cum id facile & vulgare, imo necessarium sit, si pravi-
 tas mundi spectetur, non tamen impune futurum. Abjicienda
 I propria

scanda- lum non dandum.

*Matth.
XVII.*

*Correptio
fraterna
adhiben-
da.*

propria carissimaque homini membra esse, si scandalorum instrumenta sint; ni æternis flammis DEO pœnas dare cogantur; impios enim igne ipso quasi saliendo, ut torquendi durare queant. Igitur sale sapientiæ cœlestis condiendos sermones & actus omnes, ut & scandala resercentur, & pax colatur, exclusa omni ambitione. Qua in re cum angelorum; tum Patris exemplum intuendum proponit, servientium etiam minimis eorumque salutem procurantium & omni studio quærentium, instar pastoris fidissimi. Deinde ostendit, non propterea contemnendum eum, qui contumelia aliquem affecerit, sed corripiendum fraterne esse, adhibitis certis gradibus, ac si nullum locum correptioni reliquerit, excommunicari eum valide posse, cum hæc data potestas Ecclesiæ sit, eamque ratam habeat & faciat Patet rite exercitam, ac ipsemet Salvator præsens adsit & medius, ubicunque duo vel tres in suo nomine coeant. Quod si vero pœnitentia ducatur proximus, vel frater in nos peccans, ei sapissime condonandum, parabola docet Salvator, qua & benignitatem Patris cœlestis in condonandis delictis & severitatem in puniendis immisericordiis proponit, ac hoc exemplo omnes ad imitationem invitat, & pœna deterret ab inhumanitate. Matth. XVIII. tot. Marc. IX. 33. usque ad fin. Luc. IX. 46. -- 51.

X.

*Ad festum
tabernac.
tendenti
Samaritani
transi-
tum ne-
gant.*

Posthæc JESUS in Galilæa magis quam Judæa finibus se continebat, satis gnarus, insidias sibi a Judæis strui. Unde, cum incideret festum tabernaculorum, cognatique ei persuadere tentarent, ut in Judæam potius se conferret, ibique miraculis palam auctoritatem atque fidem sibi conciliaret, quam in Galilæa angulo lateret, (nondum enim prorsus fidem ipsi adhibebant, & ex Judæa procerum arbitrio pendebant,) illis respondit, opportunum eundi tempus sibi nondum advenisse; eos autem sine mora & periculo ire posse, utpote Judæis non invidiosos, quos nec dictis nec factis offendissent. Eos igitur cunctes subsequens

secutus est post aliquot dies, non palam, sed subocculte, quum *Joh. VII.*
 haud nesciret, tempus assumptionis suæ non adeo longe remo-
 tum esse; nolebat tamen per totum octiduum festi hostibus se
 antequam fieri oportebat, opprimendi spacium ansamve dare.
 Iter autem per Samariam facere volens, a Samaritanis receptus
 non est, indigne ferentibus Hierosolymam adoratum ea tem-
 pestate tendentes, cum suo templo in monte Garizim exstructo
 id probrosum putarent. Quam inhumanitatem discipuli igne
 vindicandam judicabant; at ille nequaquam se id decere testatus,
 ut qui venerit, non perditum, sed salvatum animas hominum, *sequi se*
 in alium vicum abiit, cui, cum se comitem perpetuum nonne- *volentes*
 mo sponte offerret, qui terrestria commoda spectabat, & alii, *instruit.*
 quem se sequi jusserat sine mora, iterumque tertio, post compo-
 sitas res familiares, constantem sequelam promittenti, respondit,
 terrenas opes frustra ab se expectari, & nec cunctari nec regre-
 di ad pristinae vitæ negotia debere veros sui sectatores, Joh. VII.
 1. -- 11. Luc. IX. 51. -- 62.

XI.

Hinc in eodem itinere Dominus alios præter XII. Aposto- *72. disci-*
 los designavit LXX. discipulos, quos in omnia loca, quæ transi- *pulos præ-*
 turus erat, præmisit, ac iisdem fere mandatis instruxit, quæ *mittit.*
 Apostolis dederat ante annum, Matth. X. 1. -- 16. Vid. pag. 49.
 Denuo quoque gravissimas pœnas contumacibus urbibus *Cor-*
 zin, *Bethsaida* & *Capernaum* denunciavit, ut tanto fidentiores
 redderet discipulos in obeundis rite partibus officii, utpote cer-
 tos, & obsequium & contemptum ipsorum in se Patremque suum
 redundare. Luc. X. 1. -- 17.

XII.

Cum igitur JESUS initio festi non compareret, Judæi a *In festo*
 Galilæis sciscitabantur, ubi esset, ac varii sermones, ut sit, boni *cum Jude-*
 malique, de eo serebantur; nemo tamen aperte palamque pro- *is disputat*
 nunciare audebat, præ metu procerum. Medio autem festo adfuit *libere co-*
 ex improvviso, & in templo docuit, admirantibus cunctis tantam *rumque*
 I 2 *insidias*
 Scri *evadit.*

Joh. VII. Scripturarum peritiam, quum constaret, ipsum in Scholis haud institutum esse. Quibus respondet Salvator, suam doctrinam se a Patre cœlesti hausisse, ac DEUM timentes, ejusque voluntatem facientes, agnituros id facile, inter alia etiam inde, quod non suam sed Patris gloriam quæreret. Unde Judæis exprobrat, quod sibi non credant, ac, contra Moſen, de se interficiendo cogitarent, hocque ipsis inficiantibus in memoriam revocat miraculum, ante annum ab se factum (Joh. V. 1. fl.) vel aliud recentius, propter quod omnes obstupuerint, & interficiendi sui occasionem quæſiverint, sine ulla ratione, quum ipsimet masculos Sabbatho circumcidant absque illius alteriusve legis violatione. Nihil igitur esse, cur sibi indignentur, quod totum hominem sanum effecisset Sabbatho: nec ex specie externa personæ vel facti, falsum judicium ferendum, sed justum & verum, ex ipsa rei introspectione, verbique DEI, quod de se luculenter testetur. Hæc libere loquentem, cum audivissent nonnulli Hierosolymitani, mirati suspicatique sunt, procere forte intellexisse, eum vere Messiam esse; dubium tamen suboriebatur ex traditione Majorum, quod nemo patriam Messiam primum adventantis perspectam habiturus sit, JESUM autem unde sit, latere neminem. Tum JESUS, justo zelo commotus, clara voce docuit, eos nequaquam scire, unde & quis esset; ac perperam existimare, ac si non aliam, quam terrenam originem atque auctoritatem haberet, cum & a Patre ab æterno genitus & in tempore missus sit. Ad hæc varie affecti sunt auditores. Quidam ei manus injicere cupiebant quidem, sed non audebant, quia tempus, quo pati morique debuit, nondum aderat; multi vero ex plebe in eum crediderunt, reputantes apud se, plura & majora miracula edere non posse Messiam, quam JESUS patraſſet. Quo populi judicio benigno commoti Pharisæi, effecerunt, ut a Sacerdotum Principibus custodes Templi, captum eum, mitterentur. At JESUS conatum inſorum verum nunc fore prædixit; versaturum se enim apud illos adhuc parvo

parvo tempore, deinde discessurum ad Patrem inventumque *Joh. VII.* haud amplius iri, quo venire increduli nequeant. Hæc illi exagitare atque eo trahere, ac si JESUS ad Græcorum dispersas nationes ire & alienigenis enarrare legem cuperet, præteritis Judæis. JESUS autem, ejusmodi calumniis nihil perterritus, per- *de donis* *Spiritus* *S. dandis* *differit,* *vario ef-* *fectu.* rexit docendo, & ultimo die, qui, ut superstitiosa gens putabat, capta occasione ex libatione aquæ de fonte Siloæ hausta, effusa cum lætitia & decantatis verbis *Jes. XII. 3.* stetit in Templo magnaque voce clamavit, se, salutem sitientibus & credentibus, aquas solatifluas & uberrima Spiritus Sancti dona daturum gratias, *Jes. LV. 1. LVIII. 11.* Multi e populo his sermonibus perculsi, contendebant, eum Prophetam Messiae adventum antecessurum, alii ipsum Messiam esse, quidam contra statuebant, propterea quod è Galilæa Messias haud esset venturus, sed è prosapia & urbe Davidis, Bethlehemo. Sic diversitas studiorum in populo extitit propter eum. Nonnulli enim ipsum capi & in jus trahi volebant: aliis id æquum haud videbatur. Quamobrem nemo ausus fuit ei manus injicere, & custodes templi, quibus id injunctum erat, re infecta redierunt ad Syhedrium, interrogatique, cur eum non adduxissent, ingenue responderunt, se nullum unquam hominem audivisse loquentem tanta cum auctoritate, gratia & sapientia; quos acriter Pharisæi objurgarunt, turpiter deceptos dictitarunt, ac nullum è Pontificibus aut Phariseis, penes quos jus cognoscendi de Propheta sit, & peritia in rebus ad religionem spectantibus sufficiens, in eum credere, sed sæcem populi duntaxat, legis imperitam, & propterea execrabilem. Furentes autem Collegas reprimunt *Nicodemus*, qui ante biennium noctu JESUM convenerat, urgens, legem non pati, ut aliquis inaudit indictaq; causa condemnetur. Qui irati responderunt, JESUM non alios habere fautores & sectatores, quam Galilæos, factione occupatos, viderique sibi Collegam iis non meliorem; qui tamen si revolvē vere vellet omnium temporum historiam, facile deprehende-

Joh. VII.

ret, nullum ex Galilæa vatem excitatum a DEO esse. At ridiculum hoc argumentum nullum pondus apud cordatiores habuit, indeque evenit, ut tantæ machinationes irritæ fuerint, & re infecta Synedri discefferint. Joh. VII. tot.

XIII.

adulteram
absolvit.

Postero die JESUS iterum in Templum se contulit, & confluente turba, docere cœpit publice, nihil ausis prohibere Phariseis & Scribis; captiosam tamen quæstionem ei proponunt, quid de desponsata nec dum nupta fœmina, in adulterio deprehensa, quam Moses lapidandam præceperit Lev. XX. 10. sentiret? Cum enim Romani capitalia supplicia Judæis eripuisse, & vero Mosi id repugnaret, utcunque JESUS responderet, aliquid inde aucupaturos se putabant, quo vel apud Romanos Majestatis, vel apud populum libertatis imminutæ eum accusarent. JESUS igitur se proclinans, in terræ pulvere digito scripsit aliquid, imitatus ex parte Sacerdotem, suspectam explorantem, qui colligere pulverem & aquæ bibendæ immittere, maledictionesque libro inscribere debebat, Num. V. 17. 23. deinde sententiam urgentibus pronunciavit, adversariorum illum, qui nec ejusdem, nec similis peccati reus esset, primum lapidem in adulteram jacere debere. Quo audito singuli se subdlexerunt, in propria conscientia convictos se sentientes, ac JESUM solum cum muliere reliquerunt, qui eam ab accusatoribus non condemnatam condemnare noluit, sed abire & cavere sibi a peccatis jussit. Joh. VIII. 1. - 12.

XIV.

Lucem
mundi se
dicit pro-
batque.

Alio iterum die, cum varii varia de se sentirent, JESUS aperte palamque professus est, se esse lucem mundi, olim promissam nuncque revelatam & præsentem, Es. 42, 7. Joh. I. 9. quam qui sequantur, verum lumen, ad æternam vitam ducens, habeant. Quod testimonium JESU de se ipso perhibitum mali-

malitiose Pharisei repudiant, JESUS autem verum esse probat, *Joh. VIII.* quia non sit merus vel mendax homo, sed DEUS, utpote qui a Patre coelesti veniat, ab eo genitus & missus, ac ad eum redeat, peracto Redemptionis munere. Talia mysteria eos ignorare, eoque carnaliter de se judicare, & se damnare; quod ipse non faciat, licet vere facere possit, quia non solus sed una cum Patre suo judicet atque pronunciet: qui Pater etiam de se testetur, Scripturarum oraculis, voce coelitus delata, & miraculis operibusque divinis. Excoecati homines impie subsannant Salvatoris dicta, eumque producere jubent Patrem, ut coram audiant, qui testetur. At JESUS respondet, stulte illos querere, ubi Pater suus sit? cum per se loquatur & operetur; neutrum vero ipsos cognoscere. Hæc libere licet loquentem in atrio mulierum nemotamen comprehendere ausus fuit. Quare perrexit sceleratos reprehendere, cum sciret, multos in consilio se capiendi & necandi perstare, ac iisdem vere verbis, quibus nuper vanas machinationes ipsorum detexerat, Cap. VII. 34. addita gravi comminatione, eos propter incredulitatem incorrigibilem perituros. Quod illi iterum male intellexerunt & detorserunt; JESUS autem clarius ante dicta exposuit, & validius adstruxit: unde tandem collegerunt, majorem eum videri, quam merum hominem; petunt igitur sibi dilucidius dici, quis esset? Tum ille, *omnino*, inquit, *sum id, quod loquor* inculcoque vobis identidem, ac inde a principio, semper testatus sum hucusque constanter, & tamen non creditis dicenti; (*Joh. X. 24. f.*) quare nolo plura nunc proferre, licet possem habere multa de vobis; repeto saltem hoc unum, quod is, qui me misit, verax sit, egoque ab eo hauserim, quæ ad mundum loquor. Sed nec hoc intellexerunt excoecati; unde remisit incredulos distulitque in tempus exaltationis suæ, quo clarius sint cognituri, quis esset, si vellent, ac deprehensuri, se nihil facere aut dicere, quod non Pater docuerit, unaque secum faciat semper. His permoti multi credere in eum ceperunt, quos Salvator ad constantiam adhortatus

idem repetit & explicat

credentibus veram li-

hortatus

Job. VIII. hortatus est, si vere sui discipuli & ab omni servitute liberi esse
bertatem velint. Quod stolidi homines de corporea & intrinseca servitu-
promittit, te, quæ statum hominis personalem mutat, (*Selden.*) intelle-
Et decla- xerunt, eoque exceperunt, se semen Abraham, cui dominum
rat, obje- orbis terrarum divinitus hæreditarioque promissum, ac
Etque di- de jure nunquam servos factos esse. Christus igitur diserte ex-
luit. primit, se loqui de libertate spirituali, a servitute dira peccati, &
 pœnæ, omnibus mortalibus incumbente, quam libertatem ipse
 solus dare queat: nec esse, quod de Abrahamo Patre glorien-
 tur, cum ejus fidem & opera nequaquam imitentur, sed alium
 Patrem spiritualem habeant, diabolum, homicidam & menda-
 cem, quia veritati, à Patre cœlesti hausta, reluctentur & occi-
 dere se nitantur. Pari ratione, cum non tantum Abrahamum
 sed etiam DEUM suum esse Patrem jactitarent, hoc negavit, &
 hinc probavit, quod odio se prosequerentur internecino, qui ex
 DEO exiens venerit salvatum homines, ac, ne reponere possent
 jure, veritatem divinam de salute hominum non proferri, ad il-
 lorum conscientiam provocat, an arguere se de ullo peccato ac
 convincere possint, sicut ipse eos arguat convincatq;? & cum
 nemo elenchum instituere in se auderet, recte è concessis coar-
 guit, quod sibi fidem non habeant, & ex DEO regenerati
 per verbum veritatis haud sint, Jac. I. 18. 1. Pet. I. 23. Illi de
 propria malitia & Salvatoris innocentia convicti, ad convitia ca-
 lumniasque delabuntur, & objectum crimen in JESUM retor-
 quent, cum Samaritanum esse & damonium habere, præsum-
 tuose dicunt. JESUS, misso priore capite accusationis, in per-
 sonam duntaxat redundante, posteriùs, quod in doctrinam ini-
 quum esset & auditores absterre posset, diluit argumento ite-
 refragabili, quod Patrem cœlestem & dictis & factis semper ho-
 noraret, eoque nihil ferret, quod ulla ratione ignominiosum ei
 esset, sed hypocrisin, traditiones & cultus electitios repudiaret,
 & diaboli opera destrueret. Male igitur se tanquam Filium &
 Legatum Patris ab illis contemni, quod Pater vindicaturus sit;
 bene

bene tamen hostibus consultum cupit, eosque propterea monet, ut suum sermonem servant, si mortem experiri nolint. Quæ iterum malitiose torquent, & ad Abrahami contemptum propriæque gloriæ studium trahunt. Posterius primo loco JESUS refellit, provocando ad Patrem, qui se glorificaverit hactenus testimoniis certissimis, sibi satis cognitum, adversariis autem incognitum, licet ejus se filios jactitent: prius ostendit verum, & se omnino majorem esse Abrahamo, ante ipsum extitisse, & Abrahamum per fidem spiritualibus oculis vidisse diem suum, & tempora Messiae ita perspecta habuisse, ut de beneficiis per eum parandis certus lætusque crediderit se a morte æterna liberatum iri. Quibus verbis cum Deitatem sibi vindicare cognovissent Judæi, lapides tollunt, vindicaturi tantam, ceu putabant, blasphemiam, juxta legem Lev. XXIV. 16. At JESUS ad primum lapidationis impetum abscondit se paululum, infirmitatem humanæ naturæ acceptam non abscondens; deinde tamen divinæ virtutis documentum præbens, exivit è templo in conspectu omnium, per confertam turbam transiens salvus & incolumis. Joh. VIII. tot.

XV.

Vix templum egressus incidit in hominem a natiuitate cæcum, & post discipulorum quæstionem de causa cæcitatis, ex vulgari Phariseorum opinione erronea profectam, quasi malum pœnæ singulare ortum traheret ex singulari & graviori quodam delicto, s. ab infante in utero, s. a parentibus perpetrato, utri tribuenda esset, discussam negatamque, & indicatam permissionem atque directionem DEI singularem, in istiusmodi casu, ut opera patefierent Messiae, & ipse se lucem mundi demonstraret, cæcosque duces convinceret, cæcum per contraria naturæ & observationi Judaicæ, Sabbathi, collyrio scilicet ex sputo & luto composito, & ablutione aquæ ex piscina Siloah imperata, sanavit, vicinis vel admirantibus, vel dubitantibus, & quærentibus

Hominem a natiuitate cæcum sanavit Sabbatho, & a Phariseis ex-pulsum confirmat.

Joh. IX. bus, an ille ipse esset, per quem & quomodo tam subito curatus esset? Cumque cæcus ingenue confiteretur, JESU se tantum beneficium debere acceptum, & rem omnem enarraret, JESUM ipsum videre gestierunt, quem vero, ubi esset, iste nesciret, Pharisei ad rigorosius examen eum deduxerunt, & postquam factum denuo & constanter repetiit, in diversa itum est, bene alii, alii secus de eo senserunt; cæcus autem interrogatus Prophetam illum esse dixit, nec tamen crediderunt Judæi, ac dubitarunt quoque, an cæcus ille fuerit, donec ex Parentibus ejus id didicissent, non tamen quomodo visum recepisset filius, scire se profitebantur, & ad filium quærentes remittebant, quia metuebant Judæos, excommunicationis fulmen pronunciantes in eum, qui Christum confiteretur. Filium igitur denuo advocant & insidiosè, hypocritice ac invidiosè de persona & miraculo Christi interrogant: ad quæ ille primo lenius, deinde instantibus excipientibusque adversariis, asperius respondet, atque ironice, an JESU discipuli fieri velint, quod toties quærerent toties asserta? & convitiantibus, ac in Mose acquiescentibus, malitiosam ignorantiam exprobravit, & probavit a manifesto & divino miraculo, quod edi ab homine nefario nequeat. Hoc argumento convicti convitia iterant cæcumque excommunicant, quem JESUS mox quasivit & amplius instruxit in fide, ne in se tanquam nudum hominem crederet, sed DEUM verum quoque. Ille mox humili adoratione fidem testabatur, & JESUS illum hoc nomine beatum pronunciavit; contra vero judicium iramque divinam denunciavit cæcis Phariseis, idque eis negantibus constanter asseruit. Joh. IX. tot

XVI.

*Pastorem
ecume-
nicum se
probat.*

Mox officium suum vindicat pastorale, & Phariseos redarguit, probatque, quod fures potius & latrones sint, quam veri Pastores; cum non intrent in ovile per ostium a DEO apertum, sed aliunde inscendant, nec eum successum habeant, quo gau-

det rite vocatus & missus, cui Spiritus S. velut janitor aperiat ostium cordium apud auditores, ut vocem cœlestem in Scripturis sacris resonantem, audiant, ac præeuntem suosque probe cognoscentem & deducentem ἀρχηγὸν sequantur, in doctrina & vita, repudiato pastore alieno. Quam sententiam parabolicam cum non intelligerent, clarius per antithesin exposuit JESUS, affirmavitque, se esse ostium, & ducem tum pastorum verorum, tum ovium, & promisit, se audientes & sequentes bona quæque salutaria habituros. Quibus aliisque indiciis perspicue satis declaravit, se unum esse Pastorem illum bonum, quem oracula Prophetica designaverint, utpote qui animam suam pro ovibus ponat, easque redimat, & potentissime defendat, lupo resistat, eumque, ne nocere possit, abigat, non fugiat nec deserat oves, ut mercenarius facere solet, eoque ostendit, se non esse verum pastorem, cum non curet oves, sed sua duntaxat quærat commoda, nec tanquam sibi concreditas reputet oves, sed affectu tenerrimo & paterno recognoscat demandatum sibi gregem, vitamque pro eo fundat, ac adeo affectum ipso effectum prober, & omnes gentes nationesque ad ovile sacrum vocare unumque gregem & congregationem s. Ecclesiam Catholicam facere velit. Mox dilucidius nonnihil explicat, quod animam pro ovibus ponat, nempe ita, ut Patri satisfaciatur & resurgat, testeturque, se non ex infirmitate sed voluntate mori. Hæc oratio varie affecit auditores. Increduli quippe multi calumniabantur, ipsum habere dæmonium, & insanire, dum tanta de se jactitet, quæ nemo sanus crediderit. Alii vero his contradixerunt, & verba atque facta Salvatoris divina esse agnoverunt. Joh. X. 1. -- 21.

Joh. X.
1. ff.

XVII.

Peracto festo Tabernaculorum discipuli LXX. emissi ante adventum ad Evangelium de regno Cœlorum appropinquante prædicandum, Hierosolymam redeunt, indeque egredienti Domino.

Rever-
tentes 70.
discipulos
cum

Luc. X. 17. ff. gaudio in- struit, confir- mat, bea- tos predi- cat. no occurrunt & gaudio exultantes referunt, quod etiam damo-
nia ejecerint in ipsius nomine. Ad quæ Magister respondit, si-
bi id jam animo prævisum, quod Satanas cum regno suo fulgu-
ris instar e cælo delapsurus sit, per Evangelii propagationem
subitam, seque non pro ista tantum legatione dedisse, sed in po-
sterum quoque dare, potestatem vincendi Satanam, & resistendi
valide quibusvis hostibus veritatis, quandocunque res ita exi-
get: justiore tamen gaudii causam eos habere, quod nomina
ipsorum scripta sint in cælis, ubi perpetua & solida lætitia, ex
cœlestium bonorum gustu, certo eos maneat. Mox & ipse spi-
ritu exultante gratias Patri egit pro revelatione Evangelii ejusq;
ad salutem acceptione a simplicioribus, & sibi tradita dispensa-
tione gratiæ universalis. Deinde ad Apostolos conversus, eos
beatissimos pronunciavit, quod se coram intueri & audire pos-
sent, cum plurimi Reges & Vates id exoptaverint, consecuti
tamen haud fuerint. Quo tacite monebantur, ut in muneris
demandati partibus fideles & impigros se præstarent. Hunc
sermonem Evangelicum interrupit Legisperitus quidam, JE-
SUM tum audiens & interrogans, quid faciendum sibi esset, ut
vitam æternam hæreditate adiret; putabat enim JESUM ali-
quid derogare legi, eique contrarium docere. Tum JESUS, ut
hominem melius convinceret, eum ad legem remisit, cujus sum-
mam ubi protulit de dilectione DEI & proximi, eamque JESUS
approbavit & servandam inculcavit, is autem omni ex parte
justum se venditavit, & quis proximus suus esset, cui non offi-
cium præstitisset, superbe quasi vit, proposita parabola ita re-
darguit, ut *αὐτοκράτης* esset, ac juberet eum Samaritani
exemplum imitari, qui homini lethaliter vulnerato omni ope
adfuit. Luc. X. 17.- 38.

XVIII.

*Bethania
de uno ne-
cessario
differit.*

JESUS Hierosolyma in Galiliam profecturus transivit per
Bethaniam, ubi religiosæ sceminae erant, Maria & Martha, ei
familiaris, & probata, quæ pratereuntem invitabant & hospitio
exci-

excipiebant: ac Maria quidem salutari Salvatoris doctrina ca- *Luc. X.*
pta, unice illi vacabat, Martha autem de parandis cibis sollici- *38. ff.*
ta, ægre ferens se solam relictam, JESUM appellavit, ut foro-
rem auxilio sibi esse juberet; at ille monitricem intempestivam
redarguit, quod cibum cœlestem, quem ipse præberet, negli-
geret, turbata & distracta rebus minus necessariis, Mariam autem
collaudavit, quod optimam partem elegerit, nunquam ab ea
auferendam. Luc. X. 38. -- 42.

XIX.

Hinc profectus cum orasset seorsim in aliquo loco, aliquis *Modum*
ex ejus discipulis, qui formulam precum ab eo in concione mon- *& vim*
tana traditam non audiverat, petiit, ut se orare doceret, quem- *precatio-*
admodum Johannes discipulos suos docuerit. JESUS vero eam *num do-*
formulam repetiit, quam pridem tradiderat, cum totius Evan- *cet,*
gelii & necessariorum rerum omnium breviarium contineret, &
hac occasione de necessitate & efficacia precum, sub parabolis
dissertuit, ut mandatis pariter ac promissis discipulos ad oran-
dum excitaret. Luc. XI. 1. -- 14. Conf. Matth. VI. 9. -- 14. VII.
7. 8.

XX.

Inter hæc oblatus est Christo homo, a dæmone obsessus, *obsessum*
quem expulso Cacodæmone illico uno verbo sanavit, admiranti- *liberat,*
bus turbis, aliis autem vel blasphemantibus, vel tentantibus *vario ef-*
ipsum. Illis similem in modum respondit, ac fecit in simili cri- *fectu ap.*
minatione, Matth. XII. 24. ff. iisque, qui vel neutras partes se- *auditores.*
qui volebant, vel ingrati pro tot beneficiis erant, denunciat
graviores pœnas, quas relapsi experiantur. Quibus verbis com-
mota mulier è media turba beatam pronunciavi Mariam, ob su-
scptum tantum Filium; at JESUS veræ beatitudinis viam
monstrat esse devotam Evangelii auditionem, & fidelem custo-
diam. His autem negat aliud signum dandum, quam quod
jam olim datum sit Ninivitis in Jona, illustri typo sui, & Salo-
mone,

Luc. XI. mone, qui utroque major sit, & tamen à prava generatione haud
37. f. recipiatur. Plura igitur miracula dare illis, nil aliud fore, quam
 lucernam sub modio accendere, cum non credant. Quare
 monet serio omnes, ut dispiciant, an interno lumine & oculo fi-
 dei præditi sint, luceque verbi ac spiritus regantur, nec ne.
 (Conf. Matth. VI. 22.) *Luc. XI. 14. -- 37.*

XXI.

*Inconvu-
sio cum
Pharis.
de purita-
te mentis
dispu-
tai &c.*

Posthæc JESUS à Phariseo ad prandium invitatus accu-
 buit sine lotionē, quam studio omisit, ut occasionem haberet
 primum factō, mox etiam verbis Phariseorum hypocrisin, cul-
 tum DEI in externa munditie & excogitatis ritibus, neglecta
 cordis purificatione, constituentium, ac alia vitia, libere repre-
 hendendi, perperamque ea excusantibus judicia DEI gravissima
 denunciandi, inprimis ob eandem Prophetarum, inde ab Abele
 usque ad Zachariam trucidatorum. Quibus rebus Pharisei
 graviter offensi & irritati captiosis quasiunculiseum exercere
 insidiosè ceperunt, ut aniam haberent cum accusandi & per-
 dendi. *Luc. XI. 37. -- 54.*

XXII.

*Caveri
vult fer-
mentum
Pharis.
& prædi-
cari E-
vangel.
intrepide.*

Hæc dum agebantur hominum myriades confluebant,
 animumque addebant Salvatori, salutis omnium cupido salu-
 tarem doctrinam instillandi cupidius. Monebat autem ante
 omnia eos, qui in suam disciplinam se tradebant, ut inprimis fi-
 bi caverent a fermento, sive hypocrisi Phariseorum, quæ tan-
 dem quasi forex se prædat & detegatur: ac contra candidè agant
 ubique, & sinceram doctrinam veritatis quæ secundum pieta-
 tem est, publice & constanter prædicent, nihilque timeant per-
 secutores, sed DEUM potius revereantur, qui potestatem ha-
 beat æterna morte afficiendi apostatas, & tueri queat ac speciali
 cura prosequatur confessores, proque suis agnoscat, abnegatores
 autem abneget publice, & cum primis in Spiritum S. peccantes; testi-

testibus insuper suis per Spiritum tempestive suggerat, quid *Luc. XII.*
quomodo ve defendant veritatem cœlestem. *Luc. XII. 1. -- 13. 1. f.*

XXIII.

Deinde quendam sequi se volentem, rogantemque ut fra- *à curā*
trem prius heriscere hæreditatem juberet, negavit se arbitrum *terreno-*
judicemve esse talium rerum velle: hacque occasione dehorta- *rum ad*
tur ab avaritia & solitudine anxia circa futura, exemplo di- *cœlestia*
vitis villicani, spe sua turpiter frustrati, & cita morte peremti, *hortatur;*
quod cœlestes thesauros insuper habuerit, eandemque sortem
terrenorum futuram ostendit, & multis argumentis providen-
tiam Patris cœlestis singularem probat, & ad cœlestia quæren-
da discipulos invitat, cum in modum, quo jam antea usus est,
(Matth. VI.) ac concludit tandem, nihil metuendum esse pu-
fillo gregi fidelium, cum Pater cœlestis regnum universum suum
cum omnibus bonis donare velit iis; monet igitur eos, ut libe-
rales in egenos sint, & profundant potius, quam tenaciter servant
facultates, & mentes semper in cœlum elevatas habeant, ubi
opes non peritura sint recondita, vigilantes & fideles sint, in-
star servorum herum expectantium, & ab eo præmium accipi-
entium. Sciscitanti Petro, utrum hoc ad Apostolos tantum, *pruden-*
an vero ad omnes pertineret, respondet, ita quidem ad omnes *tiam.*
spectare, ut præ cæteris Apostolos commonitos velit, nec esse
rem adeo levem, sed maximam, si quis œconomi fidi & pru-
dentis munus sustineat, ac quemlibet vel præmium vel suppli-
cium dignum recepturum. Ideo autem prudentia œconomica
opus esse in Ecclesia subdit, quia ex Evangelii prædicatione post
mortem suam, qua pacem facturus esset, ignis dissensionum ori-
turus sit in mundo, imo in privatis quoque ædibus, ab iis exci-
tandus, qui veritati obtemperare nolint, sed eandem perse-
quantur & damnent. Denique populum hypocriseos arguit,
quod signa temporum & gratiæ & judicii non observet, ac mo-
net, ut pœnitentiam agat, & cum DEO ita in gratiam redeat,
ut

Luc. XII. ut facere soleant, quando aliquem injuria affecerunt, ne a judi-
22. seqq. ce damnentur severeque puniantur. *Luc. XII. 13. -- 59.*

XXIV.

*Es pœni-
tentiam.*

Inter hæc, cum nuntiaretur Salvatori, Pilatum Galilæo-
 rum quorundam, qui res novas contra Romanos moliti sunt,
 cum Hierosolymis sacrificassent, sanguinem cum sanguine vi-
 ctimarum ad ipsum altare miscuisse, occasionem inde arripuit
 omnes ad pœnitentiam adhortandi, ni similiter perire velint.
 Idemque pronunciavit, cum de 18. illis hominibus, quos turris
 ad piscinam Siloënsē oppressit, in mentem venit. Hinc pa-
 rabola de ficu sterili non statim excisa, ob hortulani intercessio-
 nem, monet Judæos, ne longanimitate DEI abutantur, sed ea
 ad pœnitentiam se duci sinant. (*Rom. II. 4.*) *Luc. XIII. 1. -- 10.*
Cernuam Postea cum in Synagogis Galilææ doceret, die Sabbathi, mu-
curat, lierem cernuam conspicatus, eam ad se vocavit, impositaque
 manu curavit, & factum contra præfectum Synagogæ, id ma-
 levole interpretantem, valido argumento, populo applaudente,
per parab. defendit. *10. -- 18.* Hacque occasione sub parabolarum de
docet, grano sinapis & fermenti involucris amplificationem regni DEI
 ostendit, eum in modum, ut alias fecerat, *18. -- 22.* Galilææ
de via in urbes vicosque ita peragrans, Hierosolymam ad festum Dedi-
cælum, cationis se contulit, & de salvandorum paucitate angustaque
 porta, per quam in cælum penetrandum sit, differit, omni con-
 ptatem quis excludatur, quod in primis eventurum Judæis, &
 vocandas Gentes prædicit. Hinc monentibus quibusdam, &
 Phariseorum secta, ut ab Herode insidiante caveret, respondit,
 se nemine impediēte facere miracula velle, donec sponte se
 tradat interficiendum ab Hierosolymitanis, Propheticidis, qui-
 bus excidium propterea nunciat. *¶. 22. -- 35.*

XXV.

*hydropi-
cum.*

Posthæc JESUS a Phariseo quodam ad convivium vocatus
 subdole,

subdole, cum ad ejus ædes se conferret, hydropicum offendit, *Luc. XIV. 1. seqq.*
 suam opem implorantem, eoque conspecto ex observatoribus *2. sanatum*
 quæsit, liceretne curare die Sabbathi, iisque tacentibus *Sabbatho*
 grum illico curavit, ac, ut factum defenderet, iis objecit, quod *defendit.*
 ipsi bruta in vita conservarent Sabbathis periclitantia, indeque
 ostendit, recte a se hominem restitutum, laborantem diu, eo
 ipso die. Deinde triclinium ingressus observavit de *πρωτοκλεια πρωτοκλε-*
 hospites certare, ac eo nomine illos redarguit, & inferiorem po- *σταν re-*
 tius locum occupare, ac in tota vita humilitati studere jussit. *darguit.*
 Hospiti etiam egenos potius quam divites vocandos injunxit, ut
 remuneratorem DEUM habeat. Ad quod cum exciperet ali- *de coena*
 quis convivarum, illum beatum esse, qui pane frueretur in regno *magna*
 DEI, parabola quadam Judæis exprobravit neglectum & ingra- *differit.*
 tudinem turpem erga beneficia cœlestia oblata, quod iis ter-
 rena præferrent, se ipsos tantis donis privarent, ac facerent, ut
 Gentiles vocarentur, iisque fruerentur. *Luc. XIV. 1. -- 25.*

XXVI.

Cum deinde Hierosolyman ire pergeret, ac interea in- *Abnega-*
 gens hominum multitudo coiretumque sequeretur, ad eam se *tionem &*
 convertit docuitque, quales esse debeant, qui discipuli sui ge- *imitatio-*
 nuini & imitatores haberi voluerint; nimirum, quod omnia, et- *nem sui*
 iam charissima, propter se abneganda & gravissima quæque for- *docet.*
 titer perferenda sint. Duabus similitudinibus hæc illustrat, &
 diligentissime cuncta expendenda monet, quæ ad ingredien-
 dam, & perficiendam rite Christianismi rationem requiruntur,
 ne quis in medio cursu defatigatus, vel territus, turpiter deficiat
 & abjiciatur, ut sal infatuatum. *Luc. XIV. 25. -- 35.*

XXVII.

Hæc licet graviter inculcaret JESUS, humaniter tamen *3. parabo-*
 omnes ad se venientes excepit, etiam publicanos, & alios homi- *lis osten-*
 nes profligatos, se ad frugem redeuntes. Quod cum vitio ipsi *dit, recte*
 L *verte. se erran-*

Luc. XV. verterent Pharisei & Scribæ, apologiam instituit contra ad-
tes & poe- sarios, sub parabolarum involucris, de ove & drachma perdita,
nitentes sed iterum inventa magno cum gaudio, deque filio prodigo,
recipere. converso & a Patre in gratiam recepto. *Luc. XV.*

XXVIII.

De abusu Postea occasione arrepta a studio abusuque opum terrena-
& vero rum, quibus plerosque deditos esse sciebat, suos discipulos de-
usu opum, hortatus est, ut & terrenis divitiis, si eas DEUS adjecerit, recte
 utantur, tanquam dispensatores tantum, non Domini, & illis
 amicos sibi parent certos atque fideles, & parem majoremve
 diligentiam adhibeant in acquirendis bonis cœlestibus, tempo-
de epulone re gratiæ id monente. Quod alia sive parabola sive historia de
& Lazaro divite epulone & Lazaro illustrat luculentius, & docet, nullam
ro. in divitiis & prosperitatibus hujus vitæ felicitatem collocan-
 dam, sed æternitatem beatam spectandam, ac eo perveniendi
 media divinitus destinata, diligenter observanda esse. *Luc. XVI.*

XXIX.

De scan- Deinde repetiit JESUS varia, quæ aliis pridem dixerat,
dalo, re- cum ut memoriæ altius infigerentur, tum ut iis, qui nondum
conciliati ea audiverant, inculcarentur; nominatim 1. scandala etiam
fidei effi- minimorum vehementissime cavenda præcepit, 2. modum re-
cacia, conciliationis fraternæ præscripsit, 3. efficaciam fidei ostendit
 maximam, 4. fundamentum salutis gratuitum, & nullum me-
 ritis locum, sed fidei tribuenda esse docet, quæ consequimur,
 exemplo decem leproforum curatorum, quorum unus tantum
 id agnovit & DEO pro accepto beneficio gratias egerit. *Luc.*
de spiri- XVII. 1. -- 20. Hinc a Phariseis de adventu regni, quod illi
tuali re- mundanum & maxime splendidum somniabant, interrogatus,
gno Chri- respondit, id venire ipsis non observantibus, non cum pompa
sti, & gloria externa, nec monstrari semper posse, cum spirituale
 sit ac invisibile, in verbo & occulta Spiritus S. efficacia confi-
 stens,

stans, & jam tum intra cos vigere incipiat, eoque negligi haud *Luc. XVII.*
debeat; cum cito, fulguris instar, veniat abeatque; cavendum *20. ff.*
igitur sedulo, ne tempus gratiæ prætermittatur ex carnali secu-
ritate, quæ omnibus temporibus irrepsit, & securos perdidit ex
improvviso, tanquam cadaver a rapacibus avibus devorandum.
¶. 20. — 37.

XXXI.

Posthæc novum exorsus sermonem de orationis assiduitate *De ora-*
& utilitate, sub parabola judicis iniqui & viduæ, ostendit, *tionis ne-*
certos esse posse electos, interdiu noctuque clamantes, de exau- *cessitate*
ditione Patris cœlestis, & liberatione, modo remissi non fue- *& utili-*
rint in precibus. Deinde modum recte orandi docet ex corde *tate.*
pœnitenti & fideli, quo publicanus præditus fuerit, non elato
& hypocritico animo, quo Phariseus propria justitia turgidus
ad DEUM accesserit, & propterea non exauditus nec justifica-
tus discesserit. *Luc. XVIII. 1. — 15.*

XXXII.

Post institutam & peractam visitationem JESUS è Galilæa *Disputa-*
solvit, & per Perzæm propius accessit ad fines Judææ, ut inde *tio de di-*
Hierosolymis se sisteret justo tempore, ad redemptionis opus per- *versio.*
agendum. Confluxit autem secutaque eum est turba multa,
cui docendo & ægrotos sanando inserviit in itinere, pro more
suo. Pharisei autem, ut semper & ubique ei insidiati sunt; ita
quoque nunc eum tentarunt, proposita quæstione captiosa: an
quavis de causa repudiare uxores liceat? Audiverant enim, di-
vortia tum frequentia & levem ob causam facta, ab eo damnari,
velut adulteria. JESUS autem eos ad legem conjugii primor-
dialem revocat, indeque probat, indissolubili vinculo conjuges
copulari, ac proinde nefas esse viro, uxorem repudiare leviter,
ut tum pravi mores ferebant. Quod cum adversarii judicarent
repugnare Mosis, libellum repudii indulgenti, respondit, non
nisi ob cordis duritiem id a Mose permissum & primæ DEI in-
stituti.

Marc. X. stitutioni contrarium, nec extra casum fornicationis licitum
1. f. esse divortium. Quam sententiam Apostolis privatim eadem
 de re sciscitantibus, repetiit, & non omnibus datum asseruit, ut
 se continere queant. *Matth. XIX. 1. -- 13. Marc. X. 1. -- 13.*

XXXIII.

Jesus Hinc cum parvuli ad ipsum allati essent, discipuli autem
parvulis id agre ferrent, illos omnino admitti voluit, iisque benedixit.
benedixit, *Matth. XIX. 13. -- 16. Marc. X. 13. 17. Luc. XVIII. 15. 18.* Po-
divitem stea Principi cuidam interroganti, quid facere debeat, ut vitam
relictis o- æternam hæreditate adeat, legis præcepta proponit, ac ea omnia
mnibus servasse se asserenti mandat, ut omnia vendat, & pauperibus ero-
sequi se get. Quo audito tristis discessit, & Christus hinc occasione
jubet, do- arripuit dicendi, perdifficile esse, divitem salvari, & cum id du-
cetque di- rum videretur discipulis, Deo omnia possibilia esse, Petro deniq;
vitem dif- instanti, quærentique, quod præmium habituri essent, qui omnia
ficulter reliquissent, respondit, largam compensationem iis expectan-
salvari. dam & videndum primis esse, ne ultimi fiant. *Matth. XIX.*
16. -- 30. Marc. X. 17. -- 31. Luc. XVIII. 18. -- 30.

XXXIV.

Parab. de Hoc ipsum vero JESUS, cum inculcare omnibus vellet
operariis melius, parabola catastrophæ illam mirabilem illustravit, qua
in vinea. potissimum Judæos respexit, per opera regnum cœlestis intrare
 volentes, & prærogativam aliquam præ omnibus aliis populis
 superbe sibi arrogantes. Eos autem novissimos futuros demon-
 stravit, propterea quod gratiosum salutis ordinem, a DEO de-
 stinatum, & a Mose cunctisque Vatribus clare monstratum, *Act.*
IV. 12. X. 43. XV. 11. quem pulchre sub imagine Patrisfamilias,
 vineam plantantis, operarios diversis horis conducentis, & cum
 iis denario paciscentis, sistit, interverterent, & in gratia oblata
 non acquiescerent, *Matth. XX. 1. -- 17.*

XXXV. Hæc

XXXV.

Hæc cum Bethabaræ in Peræa agerentur, quæ quatuor mil- *Joh. XI.*
liarium intervallo distabat a Bethania, ubi Lazarus decumbe- *1. ss.*
bat lethaliter, cujus sorores morbum Christo significabant, post *Ad La-*
biduum Bethaniam contendit, ad mortuum interea Lazarum *zarum*
excitandum, Joh. XI. 1. -- 17. Inter eundum discipulis tertia *excitand.*
vice passionem, mortem & resurrectionem prædicit, Matth. *Betha-*
XX. 17. -- 20. Marc. X. 32. -- 35. Luc. XVIII. 31. -- 35. *niam it,*

XXXVI.

Quædam hoc ipso tempore JESUS magna cum severitate *inter eun-*
discipulis inculcat, ut falsas de regno Messæ terreno persuasio- *dum filios*
nes ex ipsorum mentibus excuteret. *Johannes & Jacobus*, filii Ze- *Zebedæi*
bedæi, matrem suam ad eum ablegarunt, petitum, ut proximam *primatum*
ab eo dignitatem obtinerent in regno glorioso, quod mox ere- *ambientes*
durum ipsum sperabant. JESUS autem castigavit eorum am- *castigat.*
bitionem, & jam ad crucem potius quam gloriam eos vocari
affirmavit. Indigne id ferentibus cæteris Apostolis, JESUS
omnes monuit, ne somniarent regnum terrenum, & suum iis
exemplum humilitatis imitandum proposuit. Matth. XX.
20. -- 29. Marc. X. 35. -- 46.

XXXVII.

Cum *Jerichunti* appropinquaret JESUS, cæcum quen *Cæcum*
dam, opem suam valido instantique clamore petentem, uno *sanat &*
verbo restituit, omnibus eo nomine DEUM laudantibus. Je- *Zachæum*
richuntem ubi ingressus est, magna hominum turba protinus *convertit.*
confluxit, & inter alios publicanorum principem, *Zachæum*, se
videre gestientem, ac arborem propterea conscendentem, de-
scendere jussit, & apud eum divertit, aliis murmurantibus, qui-
bus Salvator adventus sui finem opponit, & *Zachæus* veræ con-
versionis signa edidit. Luc. XVIII. 35. -- 43. XIX. 1. -- 11.

XXXVIII.

Luc. XIX.

*21. seqq.
Parabola
de decem
talentis
docet
tempus
gratia ri-
ze collo-
candum.*

Interea, cum JESUS sic Hierosolymæ magis appropinquaret, ac discipuli ejus adhuc existimarent regnum DEI mox manifestatum iri, parabola quadam significavit, regnum quidem sibi deberi in Judæos ac gentes, cives tamen suos se non accepturos, monuitque omnes, ut tempus gratiæ ac beneficia recte collocent, si præmia gratuita recipere & pœnas evitare velint. Triplicem autem servorum classem constituit, apostatarum, fidelium & ignavorum, ut quique se ipsos probent, ac, quæ expectare queant, inde facile colligant. Luc. XIX, 11. -- 29.

XXXIX.

*tres cæcos
sanat.*

Cum postero die JESUS una cum discipulis Hierichunte discederet, iturus Bethaniam, ingens hominum multitudo eum sequebatur, ac duo cæci secus viam, qua transeundum erat, sedentes ejusque opem ingenti assiduoque clamore implorantes, tactu sanati eumque secuti sunt. Matth. XX. 29. -- 35. Progre- diens porro in alium cæcum incidit, *Bartimæum* dictum, quem ad se vocatum verbo sanavit, Marc. X. 46. -- 52. Ita quatuor cæcis hoc in itinere visum miraculose restituit, quemadmodum Euthymius alique haud abs re existimarunt.

XL.

*Lazarum
resuscitat.*

Priusquam vero Hierosolymam veniret, Bethaniæ La-azarum resuscitare voluit, cujus adventum Martha ubi rescivit, ei obviam ivit, & non ausa quidem fuit aperte petere a Domino fratris resurrectionem, haud obscure tamen indicavit, se credere id Christo, utpote Filio DEI & Messia promisso, factu haud esse difficile. Interea vocat clam sororem, & cum ea ad fratris monumentum contendit, sequentibus Judæis, qui Hierosolyma consolandi gratia advenerant. Tum JESUS, post fusas lachrymas & preces ad Patrem cœlestem, mortuum voce magna evocavit.